

»1.º Quod requiratur beneplacitum apostolicum patet ex ipso textu decretalis *Ambitosæ*, et decreti Urbani VIII, nec non ex aliis supra deductis. Excipiendæ tamen quoad immobilia, communitates quæ incapaces sunt ea retinendi, ut supra dictum est.

»2.º Simul requiri *causam necessitatis aut evidentis utilitatis*, sequitur ex eo quod ante decretalem *Ambitosæ* causa hæc requireretur, et jus quoad hoc nequaquam correctum fuerit. Neque enim ex natura sua beneplacitum apostolicum hanc conditionem supplet: nam Papa nequaquam censendus est beneplacitum dare extra casum necessitatis aut utilitatis; quia id foret de se pravum et ecclesiæ nocivum. Imo in formula beneplaciti expresse exiguntur conditio hæc, ut, nempe, adsit necessitas aut evidens utilitas. Sed etiamsi non exprimeretur, esset nihilominus subaudienda. Unde certum omnino est ad valorem et licitatem dictæ alienationis requiri dictam causam, sine qua (ait cardin. de Luca, loc. cit., num. 45) solemnitas beneplaciti apostolici nihil prodest, cum absque dubio istud causam non suppleat.

»3.º Nullas alias requiri conditiones et solemnitates, sequitur ex ipsa vi beneplaciti apostolici. Hoc ipso enim quod Papa bonum ecclesiasticum alienandi facultatem concedat, valide et licite bonum illud alienari potest; posito autem beneplacito apostolico, Papa dictam facultatem concedit. Et quamvis non censendus sit concedere, nisi sub conditione quod adsit utilitas (quia alioquin noxia ecclesiæ foret voluntas Papæ, quod supponi non debet), censendus tamen est concedere independentem a quibuslibet aliis conditionibus; quia, posita utilitate, alienatio, etiam neglectis cæteris omnibus formalitatibus, effecta de se bona est, ac proinde Pontifex illam concedens, non censendus est concedere

cum obligatione adhibendi ullam aliam formalitatem, nisi id exprimat. Ergo concurrentibus utilitate et beneplacito apostolico nihil aliud requiritur. Estque id extra omnem controversiam, et tribunalium romanorum praxi canonizatum, prout tradit cardinalis de Luca.

»PROPOSITIO II.—*Utilitas requisita adesse censenda est, quando ex alienatione certo resultat majus lucrum quam ex non alienatione.*—Nam utilis dicitur nequit alienatio, nisi monasterio magis proficua sit quam non alienatio, ut per se patet. Ut autem sit evidens, ad terminos textuum juris, requiritur et sufficit ut certum sit plus prodesse monasterio alienationem quam non alienationem. Patet ex genuino sensu vocis *evidens*, et ex eo quod si plus requireretur quam certitudo seu exclusio dubii, ob difficultatem in praxi ejusmodi, nescio quam evidentiam, certitudine majorem, probandi, lex utilis non foret. Unde unanimiter et apud doctores et forensi praxi recipitur, sufficere ut certum sit plus lucrari monasterium, attentis omnibus circumstantiis, ex alienatione, quam ex non alienatione. Debet (inquit cardin. de Luca, loc. cit., num. 46) esse utilitas certa...; adeo ut ecclesia plus percipiat alienando, quam retinendo; unde non sufficit quod non sit in damno, nisi lucrum percipiat.

»PROPOSITIO III.—*Utilitas requisita intelligenda est relative ad tempus in quo fit alienatio, non autem relative ad tempus subsequens.*—Contingere potest, ut alienatio quæ certo utilis merito existimata est tempore quo fuit peracta, postea, supervenientibus inexpectatis circumstantiis, reperiat fuisse damnosa. Porro non requiritur certam adesse utilitatem relative ad hanc possibilem circumstantiarum mutationem; sed sufficit utilitatem hanc certo existere relative ad circumstantias, prout existunt quando fit alienatio. Alioquin enim fere

numquam licitæ forent alienationes, cum fere semper absolute possibilis sit aliqua in circumstantiis haud prævisa mutatio, quæ alienationem minus proficuum reddat. Proinde lex in damnum cederet. Unde recepta doctrina est, utilitatem hanc requisitam intelligendam esse relative ad circumstantias tempore alienationis existentes. Vide cardinalem de Luca (*De alienationibus*, discursu 1, num. 46).»

CAPÍTULO XIII

DE LOS APÓSTATAS, DE LOS FUGITIVOS Y VAGOS, DE LOS EXPULSADOS Y DE LOS SECULARIZADOS.

3822. La apostasía es palabra griega, que significa lo mismo que *defectio* ó *recessio*, esto es, defeción, deserción, retirada. Alguna vez se toma, aunque no con propiedad rigurosa, por el pecado mortal, principalmente el de la soberbia, como en el cap. 10 del Eclesiástico se dice: *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo*. Pero comúnmente por la apostasía se entiende *apostasía à fide, ab ordine, et à religione*. De la apostasía à fide se habló cuando se trató de los vicios contrarios á la fe. De la apostasía *ab ordine* no hay necesidad de detenerse en hablar, porque en la explicación de la constitución *Apostolicæ Sedis* de Pío IX se dijo que incurrian en excomunió mayor reservada al Obispo el clérigo ú ordenado *in sacris*, «vel regulares aut moniales post votum solemnem castitatis matrimonium contrahere præsumentes.»

Ahora voy á tratar de la apostasía à religione, la cual se define, según Fontana (*De apostatis*): «Temeraria a religione discessio cum animo amplius non redeundi; etsi habitus retineatur, constituit rationem formalem apostasiæ;» y añade Fontana: «Nam Clemens VIII in decreto pro reservatione casuum, edito die 26

Maji 1593, expresse ait: Apostasia a religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenit, ut extra septa monasterii sive conventus fiat egressio. Quod decretum ab Urbano VIII confirmatum fuit die 21 Septembris 1624.»

De aquí es que, como muy bien dice Passerini (q. 189, art. 8, número 244), «duobus enim constat essentia apostasiæ strictæ sumptæ. Primum est egressio, seu recessus a claustro... Secunda conditio est, ut recedat animo excutiendi jugum obedientiæ in perpetuum; non enim religiosus est apostata, nisi recedat a statu religioso, et ad alium statum transeat, quantum sit ex se ipso.»

El *Bulario de la Orden de Predicadores* (tomo 8, tit. 11, q. 1), dice así:

«IV. Notandum secundo, quod apostasia multifariam dividitur. Alia est pure mentalis, alia prorumpens extrinsecus; et ista dividitur in attentatam et consummatam; quæ subdividitur in protervam et pertinacem, et non pertinacem; et rursus in occultam, præsumptam et manifestam. Hæc omnia patent ex terminis. Ne tamen aliqua difficultas sit circa apostasiam præsumptam.

»V. Notandum tertio, quod apostasia dicitur præsumpta, cum dantur exterius indicia seu præsumptiones sufficientes ad inquirendum contra apostatam; exempli gratia: si quis sine legitima facultate dimittat habitum religiosum, et vestes induat sæculares, apostata præsumitur; licet enim apostasia dari possit etiam habitu religioso retento, uti videre est ex decreto Clementis VIII de casuum reservatione, et habitus religiosi dimissio non sit de essentia apostasiæ; quia tamen habitus est signum religiosæ professionis, inde fit, quod habitus dimissio signum dimissæ professionis est. Præsumitur etiam apostasia in illo, qui, licet habitum non dimittat, discedit tamen a claustro illis in circumstantiis, quæ sufficien-

ter probant ipsius animum numquam redeundi; et talis est vere subjectus pœnis apostatarum, inquit Passerinus (tomo 3, *De Statibus*, q. 189, art. 8, num. 249), et contra illum procedi potest tamquam contra apostatam; servato semper discrimine pœnarum, quod aliquæ incurruntur ipso facto, ad alias requiritur aliqua iudicis sententia.

3823. Fontana, en la palabra *De apostatis*, trata con bastante latitud de las penas en que incurren los apóstatas, la conducta que se ha de observar con ellos, y las facultades que tiene cualquier prelado de la Orden para proceder contra ellos. Por no alargarme me remito á este autor, en el lugar citado. Cada religión tiene sus estatutos; la de Predicadores, entre otras cosas, dispone (dist. 1.^a, cap. 20, text. 1):

«Quicumque apostataverit, ipso facto sit excommunicatus, quam sententiam ferimus ex nunc præsentis statuto. Contra illos conventuum præsidentes possunt uti auxilio brachii sæcularis. Quilibet in Ordine nostro superior habet facultatem procedendi contra apostatas, cujuscumque provinciæ et conventus illi sint. Apostatæ nullatenus admittantur ad allegandam quamcumque causam super nullitate professionis regularis, sed ad monasterium redire cogantur.» (Trident., sess. 25, *De regularibus*, cap. 19.)

En el núm. 23 añade Fontana:

«Quicumque semel apostataverit, non potest habere officium prioratus, vel subprioratus, vel vicariatus, vel lectoratus, nec potest fieri diffinitor Capituli generalis, vel provincialis, nec prædicator generalis, nec Magistri Ordinis elector, sine Magistri Ordinis licentia speciali. *Ex constitutionibus nostris, ubi supra, quæ fuit inchoata Bononiæ, 1302, approb. Bisuntii, 1303, et conf. Tolosæ, 1304.*»

En el núm. 26 dice así:

«Puniendi sunt post ad Ordinem

reditum etiam pro aliis patris delictis in apostasia; apud Bisuntium, 1353, ord. 3.^o: «Licet apostata pro sola apostasia tamdiu pœnæ gravioris culpæ debeat subjacere, quamdiu prælato placuerit; pro aliis tamen culpis in apostasia, sive etiam intra Ordinem commissis, debet puniri secundum rigorem constitutionum nostrarum.»

3824. Habiendo tratado, aunque brevemente, de los apóstatas, se sigue hablar de los fugitivos. Passerini (en el tom. 3 *De hominum statibus*, q. 189, art. 8, num. 406) dice así:

«Quæritur primo: quis sit et dici debeat fugitivus a claustro? Fugitivus absolute est, qui moratur extra claustra, ut se celet superiori (Fagnan., cap. *Ex parte*, num. 13, *De regular.*); sed hoc convenit etiam apostatæ. Distinguunt tamen communiter doctores fugitivum ab apostata, ut apostata dicatur qui recedit a claustro, ut non sit religiosus; sed fugitivus est, qui recedit cum animo redeundi ex aliqua alia causa, ut vel ob sævitiam superioris localis, vel ob concupiscentiam vagandi ad tempus, vel ob aliam similem causam (Sylvest., verb. *Apostata*, q. 4, num. 9; Cajet., 2.^a, 2.^o, q. 12, art. 5, *circa res ad 2.^{am}*; Bannes, etc.)... Et advertit Divus Antoninus (3.^a part., tit. 16, cap. 5, § 3), quod non debet judicari apostata qui diu ad longinqua vagatur, nisi animum non redeundi ostendat, quod et advertit Tabiena, verb. *Apostasia*, num. 10, et communiter. Sed difficultas esse potest an omnis exiens a claustro ad tempus dici possit fugitivus.»

Y, después de citar la opinión de algunos jurisconsultos, dice así:

«Nihilominus ex communi usu loquendi, qui exit solum extra conventum ad brevissimum tempus rediturus, non dicitur fugitivus; sed illa talis est, qui vel ad magnam distantiam exit, vel non nisi post notabile tempus rediturus; qui vero non dis-

cedit ab oppido in quo est monasterium, et non animo se subtrahendi ab obedientia, sed ob aliquam utilitatem exit ad paucas horas rediturus, non dicitur proprie fugitivus, sed communi nomine dicitur exiens a claustro sine licentia. Potest tamen dici vagus, quia per civitatem hinc inde incedit et vagatur sine licentia.

«Inde est, quod qui sine licentia exit, sed redit ad conventum suum post triduum, non potest puniri ut fugitivus, seu in externo foro non est fugitivus quoad pœnas quæ sententiam iudicis supponunt, etiamsi animo fugiendi recesserit; qui enim sponte ad modicum tempus redit, non præsumitur voluisse fugere; leg. *Nihil interest, ff. de cap. et postlim. revers.* Unde qui fugit a carceribus animo redeundi, non dicitur carcerum fractor (Boer., decis. 215, num. 17; Riccius, p. 4, resol., pag. 333), et alii apud ipsos. Et nimis grave esset, ut ex brevi intervallo pœnam ita incurreret quis, ut moram purgare non posset, ut tradit Giurba, consil. 34. Quod vero mora brevis sit mora per tres dies, seu quod tempus trium dierum concedatur in hujusmodi ad purgandam moram, ex his quæ de apostatis docent doctores potest colligi, et ex Ricciul., lib. 8, etc.

3825. P. ¿Cuáles son las penas de los fugitivos?

R. Véase á Passerini, tomo 3, art. 8, núm. 406 y siguientes, donde después de referir varias opiniones acerca de los que son fugitivos, en el núm. 419 descendiendo á tratar de aquellos religiosos que, saliendo del convento y no pudiendo obtener licencia de sus Prelados, que los vejan, acuden á sus Prelados superiores pidiendo amparo contra las injusticias de los Prelados inferiores. Passerini dice así:

«Primo igitur puto Tridentinum noluisse auferre subditis religiosis justam et necessariam defensionem, ut cum Navar., comment. 2 *De regul.*,

num. 61, docent omnes fere scribentes in hac materia; quia defensio justa est de jure naturæ, contra quod leges positivæ non disponunt. Et hoc manifestius apparet ex decreto Sixti V, qui in constitutione sua moderatoria alterius constitutionis suæ de illegitimis, de recedentibus religiosis sine litteris testimonialibus sui superioris, sic disponit: «Quod si dicerent, se ad Apostolicam Sedem confugere ob gravamina à suis superioribus sibi illata, et ideo ab ipsis superioribus licentiam et litteras obtinere non potuisse; non propterea ullo modo recipi debent, nisi fide dignorum testimonio de petita ab eis licentia et per suos superiores denegata constiterit.» Ex hac enim dispositione habetur, quod recursus ad superiores tamquam justa defensio, etiam non obtenta licentia exeundi, est licitus, quia a Pontifice approbatus. Nec obstat quod loquatur de recursu ad Apostolicam Sedem; quia in hoc eadem est ratio de recursu ad quemcumque legitimum superiorem, ut advertit Suarez (dict. lib. 3, cap. 1, num. 5), cum et in aliis superioribus regularibus sit legitima auctoritas ab eadem Apostolica Sede proveniens; et alias, spectatis extrinsecis, non minus scandalizare et perturbare religiones possit proficisci Romam sine licentia superioris inferioris, quam proficisci ad prælatum regularem. Et eadem potest esse ex parte subditi justa causa et necessitas recurrendi ad suum superiorem, quæ ad Pontificem, cum immo non habeat causam Romæ proficiscendi ad Pontificem, si a prælato regulari intra religionem potest obtinere defensionem.»

3826. A continuación dice Passerini (núm. 420):

«Propterea dicitur secundo non esse fugam culpabilem, nec subditi pœnis fugitivorum religiosum, si absque licentia sui immediati superioris recedat a conventu, et recto

itinere se transferat ad prælatum superiorem. Conclusio ista est communis, pro qua duodecim doctores refert Barbos., ad dict. cap. 4, sess. 25, Concil. Trident. Intelligenda tamen est, secundum multos, adhibitis sequentibus conditionibus. Prima est, ut gravamen, quod recipit ab inferiore prælato, sit injustum... Secunda conditio est, ut gravatus non possit se defendere, nisi a conventu recedat... Tertiam conditionem ponunt aliqui talem, ut, scilicet, gravamen non sit illatum, sed sit inferendum, etc.

No me extendiendo á tratar sobre estas tres condiciones, que se pueden ver en Passerini, porque no habiendo unanimidad de pareceres entre los autores, me alargaría mucho si expusiera las razones de todas las opiniones.

Acerca de los que, creyéndose gravados notablemente por sus Prelados inmediatos, y no pudiendo buenamente obtener que cese la vejación, salen del convento en que se hallan y recto tramite acuden al Prelado superior á pedir amparo contra el Prelado inferior, véase á Passerini, en el lugar citado, desde el núm. 421 al 425 inclusive: al fin de este último número dice así:

«Ubi vero in religioso recedente cesset morale periculum talis damni notabilis ex recessu sine licentia, vel quia licentiam petit, et defert testimonium quod illi fuerit denegata; vel quia defert sufficienter probatum gravamen injustum, et causam justam non petendi licentiam; vel quia ex aliqua alia causa justa securus recedit; aut si gravamen illatum est adeo notabile et magnum, ut expediat exponere se alicui damno propter liberationem ab illo, non erit peccatum mortale recedere a conventu sine licentia, et adire superiores majores: et quatenus injustitiam sui recessus sufficienter probet, non poterit juste vexari vel ab Ordinariis, vel a superiore majori, vel ab alio.»

Para que el religioso que acude al Superior de su prelado local, quejándose de la injusticia de éste, sin poder obtener sin grave peligro su licencia *in scriptis*, no sea castigado como fugitivo ó apóstata, conviene que lleve consigo constancia de testigos fidedignos de que se le negó al licencia por el Prelado, ó que no la podía pedir sin grave perjuicio. (Véase á Ferraris, en la palabra *Apostasia*, núm. 38.)

3827. Después, en el núm. 426, hablando Passerini de la Orden de Predicadores, dice así:

«In Ordine Prædicatorum nulla est lex specialis, quæ in hoc magis obliget, quam est Concilii Tridentini. Quamvis enim in Capitulis generalibus Paris, 1256 et 1264, Trevir., 1289, Venet., 1297, prohibitum sit fratribus ne sine prælati licentia eant ad Provinciam vel ad Magistrum Ordinis, et hoc gravius puniri sit præceptum; in Capitulo vero Bonon., 1564, juxta dispositionem Concilii Tridentini, hujusmodi recedentibus a conventu sine licentia sub prætextu adeundi superiores imposita sit pœna gravioris culpæ; tamen hoc intelligitur de recedentibus sine causa justa, non vero de illis qui recedunt, ut liberentur ab injusto gravamine. Immo alias videtur admissus hujusmodi recessus, quia Perpin., 1327, et Clare., 1339, statutur habendos ut apóstatas, et incarcerandos hujusmodi euntes sine licentia ad provinciam vel Magistrum Ordinis, si tamen non recto tramite, sed vagando hinc inde discurrant; unde nulla pœna inflicta est in his Capitulis illis qui, licet sine licentia, recto tamen itinere incedunt ad superiores. Nec obstat quod in hoc Ordine appellatio sit penitus interdicta; quia quidquid sit de hoc, pro nunc, aliud est appellatio, et aliud justa defensio; et, ut bene advertit Suarez, dict. lib. 3, cap. 1, núm. 5, justitia hujus recursus ad superiores non fundatur super jure

appellandi, sed super jure justæ ac propriæ defensionis, quam, ut probat Navarrus, dict. comment. 2, número 61, *De regul.*, Concilium noluit auferre, nec auferunt aliæ leges municipales ad instar concilii disponentes.» Hasta aquí Passerini.

Entre las penas que imponen las Constituciones ó sea los Capítulos generales de la Orden de Predicadores, una es: «ut fugitivi fratres carceribus mancipentur, et ad suos conventus redire cogantur,» con otras penitencias públicas que se pueden ver en Fontana (*De fugitivis*, núm. 3.) En el mismo lugar, núm. 5, dice así:

«Superiores tenentur Magistrum Ordinis certiore facere de fratribus fugitivis, eorumque fugæ causa, nec non de ipsorum culpis, et moribus. Romæ, 1756, pro bono regimine, ordinat. 2.ª»

Después, en los números 6 y 7, pone Fontana las determinaciones del Capítulo general de Bolonia en 1564, en que se dice que los Superiores no reciban á los fugitivos, dándoles asilo, bajo la pena de suspensión de sus oficios; y del Capítulo general de Roma en 1721, que manda castigar gravísimamente á los superiores que dan auxilio á los fugitivos, como tales.

3828. Los Romanos Pontífices, con el celo que les distingue por la salvación de las almas, han mandado con rigor á los preladados regulares que á todo trance procuren atraer á la religión á los apóstatas y fugitivos. Gregorio IX, in cap. *Ne religiosi*, dice así:

«Ne religiosi vagandi occasionem habentes propriæ salutis detrimentum incurrant, et sanguis eorum de prælatorum manibus requiratur, statuimus, ut præsidentes Capitulis celebrandis, secundum statutum Concilii generalis (scilicet, Lateranensis sub Inocentio III, cap. 22, quod refertur cap. *In singulis*, *De statu monachorum*), seu patres abbates, seu priores, fugitivos

suos et ejectos inobedientes invenerint, eos excommunicent, et tandiu faciant ab ecclesiarum prælatis excommunicatos publice nuntiari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.»

Algunos autores dicen que esta determinación de Gregorio IX fué abrogada por la costumbre; pero á esto responde rectamente Fagnano (in cap. *Ne religiosi*, *De regular.*, número 4 et seq.), que la costumbre no puede derogar la obligación que tienen los Prelados de velar y procurar que los apóstatas y fugitivos vuelvan á su convento para cumplir las obligaciones debidas; y esta obligación, como muy bien dice el doctísimo Fagnano, «oritur ex jure divino, quo tenentur omnes, quibus animarum cura commissa est, oves suas curare, et errantes reducere; fugitivi vero et apóstata non desinunt esse subditi prælatorum regularium, ideoque consuetudo contraria non revocandi illos, cum nutriat peccatum, tam ex parte superiorum, quam subditorum, qui extra religionem vagando propriæ salutis detrimentum incurrunt, ut dicitur in principio ipsius capituli *Ne religiosi*, etc., non valet.»

La precedente determinación de Gregorio IX se confirma con el decreto de la Sagrada Congregación del Concilio, dado por mandato de Urbano VIII en 21 de Septiembre de 1624, por el cual se dispone lo siguiente:

«Rursus statuit, ut fugitivi et apóstata, sive habitum regularem deferant, sive non, possint ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac superioribus regularibus consignari secundum regularia instituta puniendi; utque ipsi quoque superiores teneantur (nota attente) eos perquirere, ad religionem reducere, atque efficere ut comprehendantur.»

Después confirmó esta misma doctrina un decreto de la citada Sagrada

Congregación del Concilio, dado por mandato de Inocencio XII en 24 de Julio de 1694, el cual, en el párrafo 1.º, entre otras cosas, dice así: «Quoque ad præscriptam legem sanctæ memoriæ Gregorii IX (in cap. fin., *De regular.*) annuatim fugitivi requirantur, et respective cogantur ad claustra reverti.»

No obstante, el Papa no ha querido que se reciba á los fugitivos y apóstatas en los conventos, cuando son impenitentes y han de turbar la paz de la comunidad: se han de tomar las precauciones convenientes y encarcelarlos, si fuese necesario: «Apostatæ a religione debent recipi, *salva regulari disciplina, dum pœnitentes redeunt*, non obstantibus constitutionibus prohibentibus recipi eos, qui ter apostataverunt: Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium in una *Carthusianorum*, 15 Decembris 1603.»

Para que se vea que la Iglesia, si bien castiga con laudable severidad á los apóstatas y fugitivos que temerariamente abandonan sus deberes religiosos, al mismo tiempo, como tierna madre, los busca y llama cuando se reconocen, voy á copiar las palabras del gran pontífice Benedicto XIV, cuando publicó el jubileo de 1749; porque ellas, aparte de ser tan tiernas y edificantes, son una patética exhortación á los Prelados regulares, á fin de que busquen con paternal solícitud los súbditos apóstatas ó fugitivos que en un momento de extravío, impelidos por nuestra grande humana miseria, se olvidaron de sus votos y deberes religiosos. Benedicto XIV, en su alocución, dice así:

BENEDICTUS, EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

3829. «Pastoris æterni vices, licet immeriti, gerentes in terris, paternæ charitatis nostræ partes esse

reputamus, ut oves, quas Satanæ verusutia a caulis Domini abduxit, ad easdem opportunis rationibus reducere, et, ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus. Itaque in præsentis anno jubilæi, anno, scilicet, remissionis et gratiæ, quem ad totius catholicæ Ecclesiæ consolationem atque ædificationem, apertis atque largiter prolatis spiritualium gratiarum dispensationi nostræ divinitus creditarum thesauris, indiximus, et, benedicente Domino, maximo cum animi nostri gaudio celebramus, pietatis nostræ viscera erga regulares professionis suæ desertores aperire, eosque ad Christi ovile, suos videlicet cujusque ordines, extra quos, luporum rapacium insidiis atque periculis expositi, misere vagantur, quantum divina benignitas largiri dignabitur, ut ad salutem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut postliminio reversi, vota sua Domino reddere studeant, revocare cupientes, ac felicis recordationis Urbani VIII, Clementis X, Innocentii XII et Benedicti XIII, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui, annis jubilæi tunc instantibus seu currentibus, ejusmodi regularium desertorum reductioni providi consuluerunt, vestigiis inhærentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer indulgemus; ac statuimus, et decernimus, ut regulares apostatæ et fugitivi cujuscumque sint Ordinis, tam mendicantium, quam non mendicantium, congregationis, societatis, et instituti, etiam necessario exprimendi, qui citra montes intra quatuor, ultra montes vero intra octo menses a publicatione earumdem præsentium litterarum inchoandos, sua sponte ad suam quisque religionem redierint, tunc pœnarum omnium ipsis propter apostasiam hujusmodi inflictarum vel infligendarum remissionem atque impunitatem assequantur. Ita tamen ut debeat a suo quis-

que superiore humiliter petere absolutionem, et coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; viceversa superior benigne illos teneatur ab hujusmodi pœnis absolvere, et paterna charitate complecti; cui propterea, ad effectum præmissum, dumtaxat, quatenus opus sit, omnem facultatem necessariam dicta auctoritate harum serie impertimur, etc.

»Non obstantibus, etc.

»Ut autem, etc.

»Noli ergo, etc.

»Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1749, pridie idus Januarii, Pontificatus nostri anno decimo.»

3830. Fontana (*De apostatis*, num. 15) dice así:

«Verum apostatæ recipiendi sunt ab ordine regulari, *salva regulari disciplina, dum pœnitentes redeunt*, non obstantibus constitutionibus prohibentibus recipi eos qui ter apostataverunt. Ita decrevit Sacra Congregatio Concilii, die 15 Decemb. 1603.»

Nótense bien aquellas palabras *salva regulari disciplina*, porque pudiera muy bien suceder que el religioso criminal fuese naturalmente tan violento, tan alborotado, de tan perversas cualidades, que no se pudiese prudentemente creer que su conversión fuese sincera, y quedase á la comunidad un prudente temor de que por este motivo su compañía le había de ser muy perniciosa.

Fundado en las anteriores reflexiones el Capítulo general de los religiosos Franciscanos Menores, celebrado en Milán en tiempo de Benedicto XIII, entre los estatutos que hizo, el cuarto dice así: «Supplicetur Sanctissimus ab officialibus Curiæ, etc., pro moderatione bullæ expulsionis incorrigibilium ad normam statutorum antiquorum.»

La súplica que se elevó á Benedicto XIII está concebida en los términos siguientes:

«In expulsionem incorrigibilium uni-

verso Ordini nostro maxime salubri et necessaria, nedum ad religiosam pacem conservandam, atque candom Ordinis conservandum, ejectionis perturbatoribus et scandalosis fratribus, suo malo exemplo et conversatione alios pervertentibus, et propterea a Seraphico Patre nostro Francisco in suo testamento maledictis, verum etiam ad ipsam regularem disciplinam, ubi viget, augendam, et ubi deficit, instaurandam, ob timorem exinde inquietis et discolis incutendum; servato jure communi, reus post tria delicta gravia ejusdem vel diversæ speciei, intra vel extra claustra commissa, si aliquando de iis monitus et punitus juridice vel paternaliter fuerit, et constet per juridica acta, vel per provinciæ regesta, in carceribus per aliquod tempus detineatur, et examinatis actis alias factis, et sententiis contra reum ipsum alias latis, vel novis actis denuo confectis; si juridice tria gravia delicta, ut supra dictum est, probata sint, a suo ministro provinciali cum provinciæ definitorio incorrigibilis declarari possit, non tamen expelli, nisi prius a superiore generali, cui acta hujusmodi mittenda sunt, de consilio sex graviorum patrum, et cum voto domini consultoris sæcularis, ejectionis sententia approbata et confirmata sit. Si Sanctissimo Domino nostro placuerit.»

A continuación pone Ferraris la respuesta de Su Santidad: «*Rescriptum*.—Ex audientia Sanctissimi, 6 Decembris 1729, Sanctissimus annuit, dummodo non adversetur constitutioni *Universalis*, etc.—Loco \dagger sigilli.—N. M. CARDIN. LERCARI.»

* La Sagrada Congregación de Obispos y Regulares dió en 29 de Agosto de 1892 el decreto que empieza: *Auctis admodum*, confirmado el 23 de Septiembre del mismo año por Su Santidad, del cual transcribimos los números 3, 4 y 5, que tratan del modo con que han de proceder los su-